

22. Multi dicent mihi in illa die: Dōmine, Dōmine, nōnne in nōmine tuo phetāvimus, & \* in nōmine tuo dāmōnia eiēcimus, & in nōmine tuo virtūtes multas fēcimus?  
 23. Et tunc confitēbor illis: Quia numquam novi vos: \* discēdite à me, qui operamini iniquitatem.  
 24. \* Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, asimilābitur viro sapiēti, qui ædificāvit domum suam supra petram,  
 25. & descēdit plūvia, & venērunt flūmina, & flavērunt venti, & irruērunt in domum illam, & non cēcidit: fundāta enim erat super petram.  
 26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificāvit domum suam super arēnam:  
 27. & descēdit plūvia, & venērunt flūmina, & flavērunt venti, & irruērunt in domum illam, & cēcidit, & fuit ruīna illius magna.  
 28. Et factum est: cū consummāset Iesus verba hæc, admirābantur turbæ super doctrīna eius.  
 29. \* Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eōrum, & Pharisei.

CAPUT VIII.

*Leprōsus, puer Centurionis, socrus Petri, & agri omnes sanantur à Christo; eiciuntur dāmōnia; sedatur tempēstas.*

1. **C**UM autem descendisset de monte, sequūtæ sunt eum turbæ multæ:  
 2. \* & ecce leprōsus veniens, adorābat eum, dicens: Dōmine, si vis, potes me mundāre.  
 3. Et extendens Iesus manum, tēgit eum, dicens: Volo. Mundāre. Et confestim mundāta est lepra eius.  
 4. Et ait illi Iesus: Vide, nēmini dixeris: sed vade, \* ostēde te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Mōyses, in testimōnium illis.  
 5. \* Cū autem introisset Capharnaum, accēssit ad eum Centurio, rogans eum,  
 6. & dicens: Dōmine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquētur.  
 7. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curābo eum.  
 8. Et respōdens Centurio, ait: \* Dō-

mine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanābitur puer meus.  
 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit: & servo meo, Fac hoc, & facit.  
 10. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non invēni tantam fidem in Israël.  
 11. Dico autem vobis, quod multi \* ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælōrum:  
 12. filii autem regni eiciētur in tēbras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dēntium.  
 13. Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.  
 14. Et cū venisset Iesus in domum Petri, vidit focum eius iacentem, & febricitantem:  
 15. & tēgit manum eius, & dimisit eam febris, & surrēxit, & ministrabat eis.  
 16. \* Vespere autem factō, obtulerunt ei multos dāmōnia habētes: & eiciēbat spiritus verbo: & omnes malè habētes curāvit:  
 17. ut adimpleretur quod dictum est per \* Isaiam prophētam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accēpit: & ægotationes nostras portāvit.  
 18. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum.  
 19. Et accēdens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocūque ieris.  
 20. Et dicit ei Iesus: \* Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hōminis non habet ubi caput reclinet.  
 21. Alius autem de discipulis eius ait illi: Dōmine, permitte me primū ire, & sepelire patrem meum.  
 22. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mōrtuos sepelire mōrtuos suos.  
 23. \* Et ascendente eo in naviculam, secūti sunt eum discipuli eius:  
 24. & ecce motus magnus factus est in mari ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat.  
 25. Et accesserunt ad eum Discipuli eius, & suscitaverunt eum, dicentes: Dōmine, salva nos, perimus.  
 26. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperāvit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

27. Por-

27. Porrò hōmines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obēdiunt ei?  
 28. \* Et cū venisset trans fretum in regionem Gerasenōrum, occurrerunt ei duo habētes dāmōnia, de monumētis exeuntes, savi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam.  
 29. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?  
 30. \* Erat autem non longè ab illis grex multōrum porcōrum pascens.  
 31. Dāmōnes autem rogābant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcōrum.  
 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abiērunt in porcōs, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mōrtui sunt in aquis.  
 33. Pastōres autem fugerunt: & venientes in civitatem, nunciaverunt omnia, & de eis, qui dāmōnia habuerant.  
 34. Et ecce tota civitas exiit obviam Iesu: & viso eo rogābant, ut transiret à finibus eōrum.

CAPUT IX.

*Christus sanat Paralyticum; vocat Matthæum; obmurmurantes Phariseos compescit; Hamorrhōissam sanat; principis filiam suscitavit; duobus cæcis visum restituit.*

1. **E**T ascendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem suam.  
 2. \* Et ecce offerēbant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illōrum, dixit paralytico: Confide filii, remittuntur tibi peccata tua.  
 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intrā se: Hic blasphemāt.  
 4. Et cū vidisset Iesus cogitationes eōrum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?  
 5. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula?  
 6. Ut autem sciatis, quia filius hōminis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.  
 7. Et surrēxit, & abiit in domum suam.  
 8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

9. \* Et, cū transiret indè Iesus, vidit hōminem sedentem in telōnio, Matthæum nōmine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secūtus est eum.  
 10. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatōres venientes discumbēbant cum Iesu, & discipulis eius.  
 11. Et videntes Pharisei, dicēbant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatōribus manducat Magister vester?  
 12. At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus.  
 13. Eūtes autem discite quid est: \* Miserericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, \* sed peccatōres.  
 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioānnis, dicentes: \* Quare nos, & Pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autem tui non ieiunant?  
 15. Et ait illis Iesus: Numquid possunt filii sponsi lugere, quāmdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cū auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.  
 16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scisura fit.  
 17. Neque mittunt vinum novum in utres veteles, aliōquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt: & ambo conservantur.  
 18. \* Hac illo loquente ad eos, ecce princeps unus accēssit, & adorābat eum, dicens: Dōmine, filia mea modò defuncta est: sed veni, impōne manum tuam super eam, & vivet.  
 19. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius.  
 20. \* Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duōdecim annis, accēssit retrò, & tēgit fimbriam vestimenti eius.  
 21. Dicebat enim intrā se: Si tetigero tantum vestimentum eius: salva ero.  
 22. At Iesus conversus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora.  
 23. Et cū venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat:  
 24. Recēdite: non est enim mōrtua puella, sed dormit. Et deridēbant eum.  
 25. Et cū eiēcta esset turba, intravit: & tenuit manum eius. Et surrēxit puella.  
 Nnnn 3 26. Et

† DOM. 3.  
P O S T  
E P I P H.  
vel 24.  
P O S T  
P E N T E C.  
\* Marc. 1.  
40.  
Luc. 5. 12.  
\* Lev. 14.  
2.  
\* Luc. 7. 1.  
† FER. 5.  
P O S T  
C I N E R.

\* Isai. 53.  
4.  
1. Petr. 2.  
24.  
\* Luc. 9.  
58.  
\* Marc. 4.  
36.  
Luc. 8. 22.  
† DOM. 4.  
P O S T  
E P I P H.  
vel 25.  
P O S T  
P E N T E C.

\* Marc. 2.  
14.  
Luc. 5. 27.  
† S A N C T.  
M A T T H.  
\* Osee 6. 6.  
Infr. 12. 7.  
\* 1. Tim. 1.  
15.

\* Marc. 2.  
18.  
Luc. 5. 33.  
\* Marc. 5.  
22.  
Luc. 8. 47.  
† D O M.  
23. P O S T  
P E N T E C.  
\* Marc. 5.  
25.  
Luc. 8. 43.

26. Et exiit fama hæc in univērsam terram illam. <sup>A</sup>
27. Et transeūte indè Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Misere nostri, fili David.
28. Cùm autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Uti que, Dōmine.
29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.
30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat.
31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa.
32. Egressis autem illis, <sup>\*</sup> ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmoniū habentem.
33. Et eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratae sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israël.
34. Pharisei autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones.
35. <sup>\*</sup> Et circūbat Iesus omnes civitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.
36. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oves non habentes pastorem.
37. Tunc dicit discipulis suis: <sup>\*</sup> Messis quidem multa, operarii autem pauci.
38. Rogate ergo Dōminum messis, ut mittat operarios in messē suam.

## CAPUT X.

*Christus duodecim Apostolos instructos mittit ad Evangelizandum Iudeis; infirmos sanandi potestatem eis impertit. simplicem prudentiam commendat, & alias virtutes Christianas.*

1. **E**T convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.
2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius,
3. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus,

4. Simon Chananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.
5. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis:
6. sed potius ite <sup>\*</sup> ad oves, quæ perierunt domus Israël.
7. Euntes autem prædicatē, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum.
8. Infirmos curate, mortuos suscitete, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.
9. <sup>\*</sup> Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris:
10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.
11. In quamcūque autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.
12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.
13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.
14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.
15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi civitati.
16. <sup>\*</sup> Et ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.
17. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos:
18. & ad præsidēs, & ad reges ducemini propter me in testimoniū illis, & gentibus.
19. <sup>\*</sup> Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.
20. non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.
21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient:
22. & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. <sup>A</sup>
23. <sup>†</sup> Cùm autem persequantur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico

<sup>†</sup> SANCT.  
ATHAN.  
EPISCOP.

VO-

## CAPUT XI.

*Ioannes è carcere mittit discipulos ad Christum, qui laudato Ioanne iubet huic renunciari quæ patret miracula; civitatibus incredulis exprobrat infidelitatem; omnes invitat ut ad se veniant; iugum eius suave, & onus leve.*

1. **E**T factum est, cùm consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit indè ut doceret, & prædicaret in civitatibus eorum.
2. <sup>\*</sup> Et Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis,
3. ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?
4. Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis.
5. <sup>\*</sup> Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, <sup>\*</sup> pauperes evangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
6. <sup>\*</sup> Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?
7. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.
8. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam.
9. Hic est enim, de quo scriptum est: <sup>\*</sup> Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. <sup>A</sup>
10. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.
11. A diebus autem Ioannis Baptista usque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
12. Omnes enim prophetae, & lex usque ad Ioannem prophetaverunt:
13. & si vultis recipere, <sup>\*</sup> ipse est Elias, qui venturus est.
14. Qui habet aures audiendi, audiat.
15. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coequalibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis.
16. Venit enim Ioannes neque manducans,
17. non consummabit civitates Israël, donec veniat Filius hominis.
18. <sup>\*</sup> Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum.
19. sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius: & servo, sicut dominus eius.
20. Si Patrem familias Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos eius?
21. Ne ergo timueritis eos: <sup>\*</sup> Nihil enim est opertum, quod non revelabitur: & occultum, quod non sciatur.
22. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicatē super tecta.
23. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.
24. <sup>\*</sup> Nonne duo passeris asse vaneunt: & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro?
25. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.
26. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.
27. <sup>\*</sup> Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est: <sup>A</sup>
28. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.
29. <sup>\*</sup> Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium.
30. veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam:
31. & inimici hominis, domestici eius.
32. <sup>\*</sup> Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus. & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.
33. <sup>\*</sup> Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.
34. <sup>\*</sup> Qui invenit animam suam, perdet illam: & qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.
35. <sup>\*</sup> Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.
36. <sup>\*</sup> Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.
37. <sup>\*</sup> Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigida tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. <sup>A</sup>